

- animus vel verbis vel factis. Verbis si declaratur, res caret controversia, quia statim domicilium constitutum est. Carpz. lib. 2. R. 21. n. 15. Mev. ad Jus Lub. lib. 1. tit. 2.
- 35 ad inscript. n. 58. Si vero quis animum non declaraverit verbis & expresse, tunc ex factis, conjecturis atque circumstantiis hic animus ut præsumatur atque probe-  
tur, necesse est; Ex quibus autem factis hic animus probe-  
tur & colligatur, itidem adhuc dubium est, quamvis id quadantenus explicetur in L. 27. §. 1. ad municip. Conf.
- 36 Carpz. lib. 2. R. 21. n. 16. seqq. Certe apud Romanos infallibilis constituti domicilii habebatur nota, si quis alicubi larem foveret. L. 2. C. ubi Senat. vel clariss. quæ  
37 tamen phrasis ad mores nostros non trahi, nec illis applicari potest, qui in loco aliquo proprium ignem vel focum habent, **die ihr etgen Rauch und Feuer haben** / propter magnam, quæ inter hæc duo est, differentiam, demonstratam à Zanger. d. Except. p. 2. c. 1. n. 16. seqq. Conf. Franzk. l. 1. Res. 16. n. 20. Lang. d. proc. c. 33. n. 46.
- 38 alias enim & illi, qui ad tempus tantum in loco aliquo commorantur, domicilium sæpius constituisse dicendi forent, quod tamen nullo modo de iis affirmari potest.
- 39 Carpz. p. 1. c. 3. df. 18. n. 4. & proc. tit. 3. art. 1. n. 20. Hinc alii ad certum tempus, decennium scilicet, recurrunt, & ex eo animum constituendi domicilium desumere volunt. vid. Cothm. vol. 1. conf. 21. n. 64 Wurmser. Ex. 4.
- 40 qu. 10. sed nec hanc sententiam ita simpliciter admitti posse, docet Esbach. ad Carpz. p. 1. c. 3. df. 18. n. 5. quid enim si personarum, per tantum tempus in loco quodam commorantium, qualitas aliud suadeat? prout exempla sunt
- 41 tum in studioso, qui licet per decennium & ultra in Academia  
demia